

## EPISTOLA XXI.

*Ad quendam Philiatrum querelam continens, de fallaci  
uromantiâ & sinistro imperitorum iudicio.*

**A**ud ingratum fore au-  
cumo, referre quorun-  
dam Uromantum calli-  
la, sed fallacia & falsa ex  
urinâ dicteria. Cum in  
Urbe nostra quidam septuagenarius  
ex ventriculi imbecillitate laborans,  
cibaria quicquidque assumpta reti-  
nere non posset, sed ilico per vomitum  
rejiceret, illius filia lotium Me-  
dico obrulit dijudicandum, quid de  
morbi genere & ejus causâ sit sta-  
tuendum percontata, & quæ præsi-  
dia expedienda, cui sine rubore ille  
respondit: in Patis stomacho duo  
tubercula acuminata haud procul  
distantia pronata, si quid alimenti  
ingestum, id ceu rem inimicam, aver-  
santia, mutuam exercere pugnam,  
nec prius quiescere, dum quicquid  
molestum, sit rejectum. Cum alius  
quidam civis febris continuâ corre-  
ptus alteri Medico suam urinam mi-  
sit censendam, is protinus pronun-  
ciavit, ipsum laborare febre mali-  
gnâ, sat periculosâ cum Epar panè  
totum corruptum, nî aliud novum  
jecur renasci ac pullulare faciat ope  
medicamentorum, actum de vitâ,  
cum præscripsisset quædam refrige-  
rantia, & robore Naturâ ille resti-  
tutus, firmiter sibi persuasit, benefi-

cio illorum remediorum aliud Epar  
regeneratum. Cum ambobus illis  
datâ occasione fortuitâ rei falsita-  
tem & impossibilitatem demon-  
strassem, non minùs tanta erat in  
Medicos illos confidentiâ, vel potius  
quædam amentia, ut absurdissi-  
ma præferrent veritati. O stupen-  
dam hebetudinem mentis, talia cre-  
dentis. Quin dolendum, quod apud  
nostrates, Medici existimatio, ma-  
jori ex parte dependeat ab uroman-  
tiâ, hoc est, nugaci ac fallaci dicendi  
genere, ad circumveniendum impe-  
ritos, accommodato. Si quis vel  
Hippocratem cum Galeno rerum  
medicarum peritiâ & felicitate pra-  
cticâ superaret, nec ad istas nœnias  
se assuefaceret, haud magno habere-  
tur in precio, quin rudior loquac-  
tulus præferretur doctissimo Medico.  
Cum Medicus eruditus ac prudens,  
sit etiâ vir bonus ac conscientio-  
sus, cui virtus & veritas magis curæ  
ac cordi, quam inanis dicacitas, id-  
circo sibi dedecori ducit, & erube-  
scit, ex urinâ nugari & mentiri, &  
revera eo verbo utendum est. Ete-  
nim cum ex lotio solo, nec morbi  
Essentia cum ejus causis & loco affe-  
cto, minùs vires ægri certò cogno-  
scere liceat, exin nulla ex Ratione

Vu 3

proce-

procedens curatio potest institui, sed frivolis conjecturis niti, & cuncta temeritati Fortunæ committere oporteat, id quod creberrimè cum Medici opprobrio & vitæ dispendio ægroti, est conjunctum, hoc non obstante, Mundus vult decipi, qui se ad istas nugas non assuefacit, spernitur ac negligitur.

Sed quid opus est tantâ querimoniâ, cum velut in morbo epidemio conclamato, nulla medicina occurrat, quæ salutem: ita hic nullum aliud restat medium, quàm moderato animo tolerare, quæ immutabilia. Si quis obrudat exempla Medicorum, qui ex solius urinæ inspectione, sine aliâ informatione notabili, ilicò declamitent de morbi genere & cunctis symptomatis ægrum infestantibus, ac si Lyncei obrigissent oculi, Visu penetrantes ad intimiora, & quasi coram cernentes locum affectum, morbi genus, cum ejusdem causis ibidem stabulantibus!

En tale ab ipsâ veritate suggestum responsum. Si quid veri de morbi genere & causis abstrusioribus protulerunt, id vel revelante aliquo spiritu familiari cognoverunt, prout reperti uromantes cristallomantiam exercentes, vel fortuito divinarunt, vel ex relatione ejus, qui lotium spectandum tradidit, depræhenderunt. Mira enim uti consueverunt astutiâ & versutiâ, circumveniendò ac fallendo simpliciores, urinam contemplantam offerentes, dum nonnul-

las percontantur circumstantias, & illis fucum non animadvertentibus, eliciunt quosdam sermones, ut eorum adminiculo ad cognitionem morbi pertingere valeant. Id ubi assecuti, dehinc velut ex tripode, cum affectatâ gravitate, de morbosâ dispositione, declamitare solent. Ad do, quod urinam deferentes plerunque sint ancillæ, anicula & confimilis farinæ simpliciores ovicula, quæ ob intellectus imbecillitatem, quicquid illi deblaterare & effutire solent, pro vero arripiunt, fallacias non olfacientes. Si quidem casu ad veritatis meram collimarint, eos ceu vates, ubi vis locorum celebrare, & ad cælum usque evehere laudibus consueverunt, si verò aberrarint plurimum, fallaque protulerint in medium, ea ceu indigna observatione, oblivioni tradentes & silentio involventes prætereunt, prout olim de Oraculis Delphicis dici solitum, quæ vera, deprædicari, quæ autem falsa, eorum neminem recordari. Mirum videri haud debet, quod crebrò & multum loquentibus, interdum non nihil veri excidat, cum non raro, qui oculis sunt orbati, ex frequenti jaculatione, scopum attingant præfixam. Hæc ut luculentiora evadant, haud abs re, ea illustrare notatu dignis exemplis.

Johannes Langius, Medicus Palatinus refert, concubinam cujusdam Principis, singulis matutinis integros lini, aut stupæ, manipulos de-

vorasse, & cum fortè ex stomacho laboraret, urina per anum delata, se consultum, quidnam judicaret: Cum autem omnia prius de Pellicis picâ haberet cognita, se respondisse: Juvenculam illam plus lini quotidie de colo decerpere ipso ore, quam fuso quovis versatili, deduceret: cum anus garrula, istud vaticinium divulgasset & deprecasset, se velut Hariolum decantatum.

De Rustico Forestus narrat, eum tempore brumali uxoris urinam Medico visendam obtulisse, cum ea optimi coloris, suspicionem ortam de dolore externo. Tum agricolam Papæ! tu rectè divinasti, sed unde dolor ille, quem in latere nunc livido factò sentit, collegisse Medicum ex casu contigisse, quælivisse, num ceciderit? rusticum mirandum, si dixeris, ubi sit lapsa, te pro Medico omnium primario sum habiturus: ipsum respondisse, per scalas decidisse, tum illum, per quot autem gradus, Medicum, qui reputans scalas Rusticorum haud sublimes, duodecim denominasse, tum rusticum, inspicias diligentius, plures esse debent? Tum Medicum: lubrica est via ob glaciem, num ex lapsu nonnihil urinæ effuderit, annuisse: tum Medicum, mi amice, eo in loco, in quo te cecidisse ais, reliquos gradus inquiras, cum in hoc urinam, plures observari non possint.

Dordraci Urbe Hollandiæ qui-

dam circumforaneus ad homines alliciendos, suum consodalem in cenopolium combibonibus frequens intrare & vino indulgere jussit, ubi merito incaluit, jactitabat, tam excellentem advenisse Medicum, ut abdita quæque calcat ex urinâ prædicere, imò licet ipsi omnes in uno poculo mingant, ipsum agniturum: nî id præstaret, quicquid illo die impensum, pro omnibus soluturum, sin scopum attigerit, se a symbolum futurum: levibus fissuris notabat vas, quot imminxissent: id Hospitiæ oblatum ad Medicum deferendum, cum ipsa cujusdam ægri urinam dixisset, tum ille stomachari cæpit, quis te subornavit ad me decipiendum, sex sunt, qui istam urinam reddiderunt, pro singulis solvas. Quidam Medicus cuidam Rustico ex lotii inspectione, jumentorum denunciavit interitum, mirâ usus astutiâ. Erat oblata urina alba & tenuis, exin interanorum viscerum obstructions colligens interrogavit, utrum sub sinistro hypochondrio dolorem sentiret, illo annuente, unde conjecit, Lien impactum humorem melancholicum, qui à gravissimis animi pathematis, mærore ac tristitiâ, originem traxerit, rusticos autem haud levi de causâ mærore affici, hinc pecudum jacturam, est auguratus & clavum attigit. Quo prognostico audito, paganus attonitâ mære celebravit vaticinii veritatem.

Uni-

Unicum adhuc exemplum referam, quod in stuporem rapiat haud immeritò. Erat quidam Judæus uromantes, & quidem cæcus, qui veste holoserica amictus, sella insidens, ex lotio prælagia fundebat, magno plebeiòrum confluxu. Sed quæso percipias hominis fucum & æstum. Ancilla vafre erat instructa extra conclave nonnullas expiscari circumstantias suo Hero referendas, tum demum urinam deferentes in conspectum admissi, & ille sumpto in manus urinali, declamitare & vaticinari orsus, de cuiusque morbi conditione ac statu. Nî fortassis instinctu & afflatu cacodæmonis istam hariolandi artem exercuerit. O stupendam hominum fatuitatem & credulitatem. Quis unquam somniasset, fore, ut ab ullo homine, à cæco, requirantur ex lotiù contemplatione prælagia. Exin patescit, quibus technis, quibus argutiis opus, si quis velit ex lotio vaticinari, & interdum ad veritatis metam collimare. Exin Amplis. & Prudentis. Senatus Reip. Norimbergensis in præfatione dispensatorii pharmaceutici, ipsius mandato in lucem editi, Medicis suæ jurisdictioni subjectis, se verè injungit ac præcipit, ne ex solius fallacis lotiù inspectione, quidpiam de morbi genere & causis temerè pronuncient, nec ullum communicent consilium, nî prius ponderatis & circumstantiis, quas

sciscitari debeant ex illis, qui urinam explorandam tradunt, ne fallant & fallantur, cum ægrorum haud levi damno ac periculo. Salutare quidem ac prudens illud monitum, ad omnes totius orbis Medicos ablegandum, & prout in votis ac optatis, observandum. Sed qui tam candidum in pectore suo circumferunt animum, inani dicacitate, simpliciores circumvenire haud soliti, proh dolor, negliguntur, nulla obtingit praxis, in sinistram incidunt suspicionem, quasi rerum medicarum rudes: tam fatua sunt hominum iudicia, ne dicam iniqua. Unicum addo, gravis agitur controversia, utram ex lotio fæminas esse gravidas, cognosci ac deprehendi queat. Negativâ nititur experientia. Libet miris exemplis comprobare, ab uxore meâ dudum defunctâ, p. m. quæ 10. liberorum Mater, septem Filios, non interrupto ordine, postmodum tres Filias enixa, etsi multoties occasio oblata urinam explorandi, tamen nunquam observare contigit talem, qualis ab Authoribus describitur. Quædam fæmina Ulm. primaria antè 20. annos, ex ventris tumore laborans, meo usâ consilio, cum artificiosis fretus conjecturis gravidam judicasset, aliarum muliercularum impulsu, illius urina D. Berendeinio, qui tum temporis, præcæteris, celebrior uromantes, hoc est, callidior in circumveniendis simpliciores

ciores vaniloquentia, est habitus, di-  
judicanda oblata, qui eam inspecta,  
illico tanta confidentia & audacia,  
negavit impragnationem, ut asseve-  
rare non dubitavit, si illa Gravida,  
fœtus exclusus sibi transmitteretur,  
suis sumptibus alendus & educan-  
dus. Cum autem aliquot mensibus  
exactis Filiolum illa peperisset, ista  
nova illi significari iussit, & ut staret  
promissis, commonefecit, magno  
cum ludibrio.

Cum duo alii Medici Ulmenfes,  
Civis cujusdam conjugem decum-  
bentem aliquandiu visitassent, quo-  
tidie ostensa urina, interea contigit,  
ut altera ancilla suspecta utero con-  
cepisse, tum ad explorandam veri-  
tatem, altera famula, effusa Heræ  
urinâ, lorium suæ confortis infudit,  
& sequenti matutinâ Medicis ad-  
ventantibus & urinam contempla-  
ri solitis, eam quasi ab Heræ reddi-  
tam, visendam tradidit. Illi dolum  
haud olfacientes, putantes ab Heræ  
emissam, eam inspicientes, nihil im-  
mutatam & morbum pristino in sta-  
tu perdurare pronunciarunt. A dis-  
cessu Medicorum, famula illa com-  
œdiam ludens, decipulam ac frau-  
dem patefecit, imperitiam Medico-  
rum eludens magno cum cachinno,  
cum ancilla illa deprehensa Gravida,  
post aliquot mensium moram par-  
tum in lucem emisserit. Complura  
exempla mihi constant eorum Me-  
dicorum, qui visitantes fœminas cri-

am primarias Gravidas, eas pro hy-  
dropicis tractarunt, cum nullas in  
urinâ impragnationis notas se ob-  
servare dicerent, vehementioribus  
purgantibus exagitarent, magno vi-  
tæ discrimine, dum ipsa dies fini-  
strum judicium revelavit. An non  
expediret cautiùs agere, & censu-  
ram in re ambigua suspendere,  
quàm temerè quidpiam effutire, &  
existimationem suam prostituere,  
magno cum ridiculo.

Haud abs re duo adhuc exempla  
valdè notabilia annectere, quàm  
difficilis, ne dicam impossibilis sit  
dignotio fœminæ gravidæ ex lotio.

De Medico Hispano Zacurus  
Lusitanus in Observat. refert: Qui  
uxori suæ, fluxu menstruo suppres-  
so, & abdomine intumescente, cum  
in urinâ nullum observaret Gravi-  
dationis indicium, medicamenta ad  
menstrua provocanda præscripsit,  
irrito conatu, indies magis ventre  
turgescente exin mense octavo ve-  
nam saphenam incidi imperavit,  
cum pedè dextro in pelluvium aqua  
calida plenum demisso, vena aper-  
ta, sanguis profluere cepisset, illa  
partus doloribus correpta, factum  
vivum enixa, qui in subjectum vas,  
aquâ calidâ confertum, decidens,  
pænè fuit suffocatus. Aloysia Bur-  
gos, Regina Gallia obstetrix literis  
tradidit: Parisiis quandam fœmi-  
nam, ob scelera commissa, carceri in-  
clusam & morti adjudicatam, cum

Xx

suspi-

suspicio ipsam gravidam, antequam extremo afficeretur supplicio, tres Medicos & duas obstetrices destinatas, ad illam examinandam & explorandam, cum negassent pragnantem, in profluentem fuisse conjectam & submersam, sed cadavere post aperto, gravidam depræhensam. O grande nefas! Et si illa in quintum mensem esset gravida, ta-

men illi exploratores, licet præsentibus, ut non modò lotium intueri, sed & alia signa imprægnationem denotantia inquirere ac indagare potuissent, non minùs tam graviter hallucinati: quid spei concipiendum, si ex solius urinæ inspectione, judicium ferendum. Proin aliorum tam crassa errata, inserviant pro cautelâ, ad circumspiciendū agendum.

## EPISTOLA XXII.

*Ad quendam Philiatrum de formarum origine, utrum anima innata vel ingressa.*

**H**æreo in suspenso, utrum auctor ille mihi perlustratus communicatus elogio vel jurgio dignior, quod tantoperè & ex professo, in D. Sennertum, virum candidum & de facultate medicâ optimè meritum, invec-tus, stimulis æmulationis & ambitionis magis concitatus, quàm ut operæ pretium, in tantum virum insurgere & calamum stringere. Sed mittam ista me haud attingentia, unicum tamen intactum relinquere non possum, de origine formarum, quibus Sennertum deformare & vellicare inprimis laborat, quod statuat, non tantum formas accidentales, sed & essentielles, per divisionem materiæ propagari & habere *διὰ τὴν πολλαπλασιαστικὴν* sui multiplicativam.

quorundam priscorum Philosophorum placitis recedere, id factum, non malâ, sed optimâ intentione, & ex pio zelo, dum animadvertit, illos veri Dei agnitione destitutos, haud dextrè sensitisse, & multa à sacris literis aliena protulisse, quin recurrendum sit ad altius & divinius principium, scil. causam omnium causarum (cum progressus non detur in infinitum) ipsum Deum velut omnium rerum conditorem, qui cuique creaturæ, in primâ statim creatione, suam competentem formam indiderit, cujus ope operationes suas edere & sui multiplicativa esse queat. Utrum in eo Sennertus tantoperè hallucinatus, impartiali Judici, sed Theosophiâ imbuto, decisionem committo.

Et si Sennertus in eo videatur à

Et si forma per se sit incorporea & quantitatis experta, sit autem quan-